BIBLIA: VETUS TESTAMENTUM. FULGENTIUS RUSPENSIS

Österreich (Wien), 1473-1474 Seite 56r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



Leuitici 56

mandauit filijs israel ut offerent
oblationes suas domino in de-
serto sinaj :- viij
a Locutusque est dns ad mo-
ysen dicens. Tolle aaron
cum filijs suis. vestes eorum
et vnctionis oleum. vitulum pro peccato
duos arietes canistrum cum azimis
et congregabis omnem cetum ad ostium
tabernaculi. fecit moyses ut
dns imperauerat. congregatusque est
multitudo. ante fores tabernaculi.
dixit iste est sermo quem iussit dns
fieri. Statimque obtulit aaron et
filijs eius. Cumque lauisset eos. vesti-
uit pontifice subucula linea
accingens eum balteo. et induens
eum tunica iacinctina: et desuper
b humerale imposuit. quod astringens
ongulo aptauit tonali. in quo
erat doctrina et veritas. Cidari
que tecit caput: et super eam contra
frontem posuit laminam auream sa-
cratam in sanctificationem: sicut preceperat
ei dns. Tulit et vnctionis oleum
quo liniuit tabernaculum cum omni supel-
lectili sua. Cumque sanctificasset as-
perxisset altare septies. vngens
et illud et omnia vasa eius. labrum
quoque cum basi sua sanctificauit oleo. Effu-
dens super caput aaron: vnxit
eum et consecrauit. filios quoque eius
oblatos consecrauit. vestiuitque tu-
nicis lineis. et cinxit balteis:
c imposuitque mitras. ut mandauerat dns
obtulit et vitulum pro peccato. Cumque
super caput eius posuisset aaron et
filij eius manus suas: immolat
eum hauriens sanguinem: et tincto
digito tetigit cornua altaris per
gyrum. Cruore expiato et sanctificato:
fudit reliquum sanguinem ad fun-
damenta eius. adipem vero qui
erat super intestina et reticulum ic-
coris duosque renunculos cum arti-
culis suis adolenit super altare: vi-
tulum cum pelle et carnibus et fimo
extra castra: sicut preceperat
dns. Obtulit et arietem in holocaustum
super cuius caput cum imposuisset aa-
d ron et filij eius manus suas. immo-
lauit eum: et fudit sanguinem eius
super circuitum altaris. Primique arietem
in frusta concidens caput eius. et
artus et adipem adolenit ignem: lo-
tis prius intestinis et pedibus. Totum
quoque simul arietem imposuit super altare
cum esset holocaustum suauissimi
odoris dno sicut preceperat ei. obtulit
et arietem secundum in consecrationem sacerdo-
tii: posuerunt super caput eius eius
aaron et filij eius manus suas. et
cum immolasset moyses sum-
mens de sanguine. tetigit extremum
auriculae dextre aaron. et pollicem
manus eius dextre. item et pedis.
e Obtulit et filios aaron. Cumque de
sanguine arietis immolati tetigis-
set extremum auriculae singulorum dex-
tre et pollicem manus ac dextri pe-
dis. reliquum fudit super altare per
circuitum. adipem vero et caudam
omnemque pinguedinem que operuerat
intestina: tetaliumque renum. et du-
os renes cum adipibus suis et armo
dextro separauit. Tollens autem de
canistro azimorum quod erat coram dno
panem absque fermento et col-
lirydam aspersam oleo laganumque
posuit super adipes et armum dextrum
tradens simul omnia aaron et fili-
is eius cum postquam leuauerunt
f ea coram dno: rursum suscepta de
manibus eorum adolenit super altare
holocausti. eo quod consecrationis esset
oblatio in odorem suauitatis sacri-
ficium dno. Tulitque pectusculum de
manu illius coram dno de arietis
consecrationis in partem suam. sicut
preceperat ei dns. Assumens